

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10; ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis Lib. 0.50 pro unoquaque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

**Subnotatio fieri potest:**

IN RUSSIA IN ANGLIA  
Apud GEBETHNER ET WOLF Apud BURNS AND OATES

VARSVIAE POLONORVM LONDON W.  
Krakowskie Przedmiescie, 15 28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS  
AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK CINCINNATI 9.10.  
52, Barclay Street. 436, Main Street.

Typogr. RATHISBONA in BAVARIA

IN GERMANY

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr.

MONTREAL

1639, Rue Notre-Dame.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

## RERUM INDEX

AUSTRALIANAE CIVITATES IURE DOMINI COMMUNICATO CONSTITUTAE	....	P. Rossani.
DE PRONUNTIATIONE ET STUDIO LINGUAES LATINAEE	....	H. P.
DE LEGALITATE COEMETERIORUM CHRISTIANORUM	....	M. Armellini.
UVAE CORNUATAE ORIGO	....	H. D. V. Pieralice.
THEATRUM OLYMPICUM VICENTINUM	....	Laelius.
DE LIBERALIUM ARTIUM FATO IN FUTURA PUBLICA RE	....	I. Antonelli.
ALEXANDER BOTTICELLIIUS	....	A. Costaggini.
COMMUNIA VITAE — De salutatione	....	P. Alexis.
ALOISII CLASII "LUSUS PASTORALES"	....	I. Battanius.
DE "PHOTOTHERAPIA"	Latine vertit	Forfex.
ARABUM MORES	....	A. Vieillot.
ANNALES	....	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	....	Scriba.
AENIGMATA	....	A. E. De Druffel.

*In terlia operculi pagina:*

SOCIIS MONITUM	....	Vox Urbis
PER ORBEM	....	Viator.
VARIA: Ioci	....	P. d. V.

## ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCCCXVIII — expeditum

## COMMENTARI "VOX URBIS", INDICES SINGULI

### VI num. ann. IV.

Leoni XIII P. M. - A. CERASOLI.  
Ex Europeorum foedere publica futura commoda - P. ROSSANI.  
Crucis historia - (ex ineditis) M. ARMELLINI.  
De popularibus athenaeis - I. ANTONELLI.  
Circa musicam animalia quid sentiant - P. ALEXIS.  
Novus e Societate Iesu commenticiarum fabularum auctor - SENIOR.  
Ex Americis - De cataractarum Niagarensium hieme - H. DOSWALD.  
De sapientum inventis nonnulla - M. LANI.  
Communia vitae - Per aquam glaciem abeundi ratio - H. D. V. PIERALICE.  
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.  
Horae subsecivae:  
Monti Regali vale dicens - I. SOLA.  
Ad Sanctam Ritam a Cassia vulnus Spinæ D. N. I. C. in media fronte referentem - I. ROTATI.  
De Petro et uxore eius - I. BATTANIUS.  
Vita functi viri clariores - I. F.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - P. A. - H. P.  
Aenigmata - F. PALATA.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: Utilis terra motus? - Quid colligatur in perscrutatione digitorum - Nasus Cyclope dignus - Discipulorum respublica - Quae apud Iaponenses - Ioci - P. d. V.

### VII num. ann. IV.

De opificum desertionibus - P. ROSSANI.  
De saeculo XIX iudicium - SENIOR.  
Litteratorum hominum aerumnae et gaudia - A. BARTOLI.  
Crucis historia - (ex ineditis) M. ARMELLINI.  
Biblicae antiquitatis vestigationes novissimae - G. P.  
Christus homo a triumpho ad sepulcrum - LAEVIUS.  
De librorum commercio apud Romanos - D. TAMILIA.  
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.  
Ex Rumenia - B. ATHANASIUS.  
Communia vitae - De Paschalibus dapibus - H. DE VECCHI-PIERALICE.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - I. F.  
Aenigmata - I. BATTANIUS.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: Automobile amphibium - Novum ignis lucisque genus - Num in luce vita? - Arcana lacuum con-nubia - Ioci - P. d. V.

### VIII num. ann. IV.

De graecis litteris tuendis in scholis secundi ordinis - N. CAPO.  
De « Legenda Trium Sociorum » - F. RAMORINO.  
Crucis historia - (ex ineditis) M. ARMELLINI.  
De Sibyllis - G. P.  
Insanientia sapientiae placita - A. CERASOLI.  
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.  
Ex Batavia - De certamine poetico Hoeufftiano - G. B. SPRUYT.  
Communia vitae - De Paschalibus dapibus - H. DE VECCHI-PIERALICE.  
Ex Americis - De rebus civilibus varia - H. DOSWALD.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Nicolai Machiavelli sententiae de regni administris - C. DEHO.  
Librorum recensio - P. A.  
Aenigmata - H. GUEPIN.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: Divinatio per chartas lusorias - A quo Amer-ricae nomen? - Quid de humano genere XXI<sup>o</sup> sae-culo? - Tribus diebus Atlanticus praetermissum - Ioci - P. d. V.

### IX num. ann. IV.

Poetici certaminis victor argenteo numismate deco-ratus - FR. X. REUSS.  
Kalendis Maiis MCMI - I. TONIOLI.  
De latina lingua in popularibus athenaeis - H. D. V. PIERALICE.  
De Sinensis Milesii fabulis - A. COSTAGGINI.  
« Typographia », ac « telegraphus », apud antiquos - R. PANCARO.  
De Tertulliano rhetore - I. MARRA.  
Crucis historia - (ex ineditis) M. ARMELLINI.  
Arabum mores - A. VIEILLOT.  
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.  
Quorundam animalium viae, pugnae, instinctus - M. LANI.  
Ex Americis - De praeside Mac Kinley suo muneri initato - H. DOSWALD.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - I. F.  
Aenigmata - I. BATTANIUS.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: Paschalis currus et Columba Paschatis, Flo-rentiae - Cornix et bellum - Infernane dicenda urbs erit? - Ioci - P. d. V.

### X num. ann. IV.

E Sinis novissima dubia - P. ROSSANI.  
De latina lingua in popularibus athenaeis - H. D. V. PIERALICE.  
Iaponiorum fabulae commenticiae - A. COSTAGGINI.  
De sancto Paulino poeta - I. LEMETTE.  
In saeculum XX a preparata per Christum hominum salute - FR. X. REUSS.  
De planeta Marte - ALPHA.  
De Sibyllis a Raphaele Sanctio pictis - LAELIUS.  
Nuperae effossiones in Graecia et Mycenaë actas - G. P.  
Ludi veteres et recentiores - De « digitorum mica-tione » - SENIOR.  
Napoleonis ingluvies - I. ANTONELLI.  
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.  
Horae subsecivae - In Iosephi Verdi obitu - A. PIZZUTO - Graphis ex vero adumbrata - I. FEDELE.  
De tabaco nonnulla - P. ALEXIS.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - P. A. - H. P.  
Aenigmata - F. PALATA.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: Insanienti restituta mens per singularem in-terpretationem - Ioci - P. d. V.  
Epistolaram commercium - A. SECRETIS.

### XI num. ann. IV.

De arbitris lege adeundis - P. ROSSANI.  
De graecis litteris tuendis in scholis secundi ordinis - N. CAPO.  
Musica et excellentes ingenio viri - SENIOR.  
De Hieronymo Venantio deque eius libro qui « Cal-lophilia » seu « de pulcri amore » inscribitur - MARCUS BELLI.  
Divini Spiritus representatio apud Urbevetanam civitatem - ALIOSIUS FUMI.  
De urbano templo S. Caeciliae deque recentibus in ipso effossionibus - ROMANUS.  
Quorundam animalium viae, pugnae, instinctus - M. LANI.  
Communia vitae - Peregrinatio per cubiculum - H. D. V. PIERALICE.  
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.  
In Iosephum Verdium - A. CERASOLI.  
Latinae adnotatiunculae - Factio, Seditio, Rebello, Tumultus - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - I. M.  
Aenigmata - I. BATTANIUS.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: Funera canis - Nova in latrones ex apibus arma - Photographia ex electride - Bibliotheca Ba-bilonensis - Utilitas ex fumo - Ioci - P. d. V.

### XII num. ann. IV.

Victis atque victoribus quae sit in coloniis fortuna - P. ROSSANI.  
De humaniorum litterarum progressu post recentissima physicorum incrementa - Ex scriptis MAURI RICCI.  
De disciplinis pueris traditis apud Romanos - G. P.  
Par viatorum - De vita humana meditatione - FR. X. REUSS.  
Ex Americis - De urbe Pittsburgensi - H. DOSWALD.  
Sapientum inventa - Sol in servitatem redactus - Vita in metallis - M. LANI.  
De Clasio poeta - v. u  
Adamantium fulgidissimae gemmae - A. COSTAGGINI.  
Arabum mores - A. VIEILLOT.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - X.  
Aenigmata - F. PALATA.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: Interdum quanti sit induere vestes alienas - Ioci - P. d. V.

### XIII num. ann. IV.

De Russorum imperio - D. LASCARIS.  
Civilis liberalium artium officium - I. ANTONELLI.  
De sancto Paulino poeta - I. LEMETTE.  
De urbe Proprietii natali - FORFEX.  
Custos Massiliensis Maria (Notre-Dame de la Garde) - FR. X. REUSS.  
Ex Caledonia - De studiorum Universitate Glas-guensi - SCOTUS.  
Beati Angelici Faesulan tabula Petrum apostolum referens Christianos admonentem - LAELIUS.  
Populare Helvetiorum theatrum - A. COSTAGGINI.  
De nuperis effossionibus cretensis - G. P.  
Aloisii Clasii « Lusus pastorales » - Latine vertit I. BATTANIUS.  
De americanarum rerum ostentu ad urbem Uro-polim - I. De urbe Uropolitana Buffalo - H. DOSWALD.  
Arabum mores - A. VIEILLOT.  
Annales - POPLICOLA.  
Aenigmata - F. PALATA.

*In tertia operculi pagina:*

Sociis monitum - Vox Urbis.  
Per orbem - VIATOR.  
Varia: Rhinoceros albus - Ioci - P. d. V.

### XIV num. ann. IV.

Ad Praeconem Latinum - N. CAPO.  
De subtiliore latinae orationis cognitione - A. CIMA.  
Pax! - A. M. CERASOLI.  
Latinae adnotatiunculae - Maurus Riccius Ioanni Taddeo - Ex scriptis M. RICCI.  
Oratio ad discipulos gymnasii habita studiis abso-lutis - I. WABNER.  
Ab Helvetia ad Nordicum caput - LAELIUS.  
Collectiones et collectores - H. D. V. PIERALICE.  
De polari vertice attingendo - A. COSTAGGINI.  
Aloisii Clasii « Lusus pastorales » - Latine vertit I. BATTANIUS.  
Frustula - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Aenigmata - F. PALATA.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: De nivatis scitamentis - Ioci - P. d. V.

In Lib

AUST

IURE DOMI

EXPERIE

documenti

videtur in

blicae cond

suadent. Ec

ex inani

gerendarum

agunt. Quo

salebrosamq

certo satis

metu haere

cunde prom

concurrant.

Ne autem

tibus tutum

quae deest p

si quando e

ponderis, qu

ritatem obti

Atqui no

totoque oce

liani incola

neget, qui

que similitu

uno germin

stralia terra

tior est cen

blicae, quar

maiorum, tr

aspera atque

Contra Aust

ctibus inver

proiectis no

teque fruu

audenda, ir

aditus plani

Itaque A

floretque V

cuius in fini

constituta,

« Oppida co

placuit. Leg

quos nova

lexisset, cur

lent, certa p

esset, dum

ginti salter

autem hoc

dalitate ann

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:  
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

## AUSTRALIANAE CIVITATES

IURE DOMINII COMMUNICATO CONSTITUTAE

**E**XPERIENTIA duce doctrinam pleramque omnem passim nunc interpretati sumus; cuius documenti ratio quam maxime hodie habenda videtur in omnibus quae de regeneranda reipublicae condicione popularium factionum duces suadent. Eorum enim sententias atque opiniones ex inani formarum contemplatione ad rerum gerendarum negotia transferre ipsi maxime satagunt. Quos tamen conatus, utpote rem arduam salebrosamque, ac mille obnoxiam periculis, incerto satis animo populi demirantur, intimo metu haerentes de supremo exitu, quo tot facunde promissa bona in hominum communitate concurrant.

Ne autem iisdem de dubiis atque anxiatabus tutum feratur iudicium obstat admodum, quae deest plerumque, experientiae vox, adeo ut, si quando eam audisse forte contigerit, maximus ponderis, quae tradiderit, quaeque docuerit auctoritatem obtineant.

\*\*

Atqui nonnulla nostris diebus, etsi toto caelo totoque oceano a nobis dissiti, monent Australiani incolae, quorum e nisibus erudiri nos nemo neget, qui recognovit quanta semper et ubique similitudo animorum mentiumque homines uno germine natos obstringat. Quinimmo Australia terra novis ausibus experiendis longe aptior est censenda, quam veteres Europae respublicae, quarum instituta, vetus historia, memoria maiorum, traditionis vis tantis roborata saeculis, aspera atque ingrata cuivis mutationi resistunt. Contra Australiani cives nostrae humanitatis fructibus inventisque omnibus et moribus perquam provectis non aliter quam ipsi nos gaudent beatique fruuntur, ita tamquam ut ad omnia quaevis audenda, innovanda, evertenda solutior pateat aditus planiorque via consternatur.

Itaque Australianae in litoribus colonia viget floretque Victoriae reginae nomine insignis, cuius in finibus oppida nonnulla felici ausu sunt constituta, quae unanimi incolarum consensu « Oppida consociata » vel « communia » dicere placuit. Lege inibi cautum, ut singulis civibus, quos nova publica privataque vivendi ratio allexisset, cum novas illas respublicas ingredi malent, certa pecuniae summa publico aere solvenda esset, dummodo tamen singulis in oppidis viaginti saltem homines convenirent. Oblatum autem hoc ritu publicum aes tertio ab inita sodalitate anno ipsa sodalitas, constituta proportione,

ita rependere quotannis oportet, ut decimo tertio anno sortem integrum solverit.

Consociati cives latis suffragiis consules tres sibi praeponunt, quorum bona aut studia ipsius in oppidi finibus nulla sint, data iis potestate, ut quem forte indignum iudicaverint, sodalicii iure expoliant atque sua e republica repellant. Pulsis tamen generale comitium provocare licet; quod si consulum confirmetur sententia, extorrum bona communitatis aerario cedunt. Hac lege iure hereditatis radicitus avulso, pulsus e republica civis tamquam mortuus habetur, quamvis possint interdum eius bona non ex hereditate, sed ad augendam virilem partem, viduae aut filiis tribui. Consules ad annum eliguntur, iterumque eligi possunt, sibique praesidem suo e collegio constituunt.

Ut autem circa exsili poenam, vetustissimo iudiciorum ordini haerere et ipsi, nil aut parum innovantes, novae legis conditores coguntur; ita et in reipublicae moderatoribus constituendis aemulationum, iurgium, discordiarum semina posita sunt, quae, dum stabit corrupta hominis natura atque avida imperii libido, multa in detrimentum vertent, quae in bonum decerni placuit. Natura enim hominum, furca licet expulsa, recurret usque, atque alacres animo concitatibus ad assequendum imperium; unde parum aequa deinde vitae ratio, novae aemulationes, novi questus exsurgent, eorumque passim fortuna iuvabit qui, ut assolet, callidore mente, et forte minus honesta, suam utilitatem procurent.

Comitium civium iis quae spectant universam communitatem providet, atque, praeter consulum electionem, res communitatii necessarias emendas curat, laborumque fructus venditandos; operam denique cuique civi adsignandam eiusque pretium statuit, quibusdam in schedulis inscriptum, quod solvent socii, qui totius sodalitatis emporis praesunt; quidquid enim vitae necessarium est, aliunde emi lege vetatur.

Poenae nomine dum schedulae pretium minuitur, labor contra maleficientibus augetur: opera laboris arma atque instrumenta sodalitati in bonis sunt, pariterque quidquid singuli cives sua opera consequuntur in commune aerarium conferre oportet.

\*\*

His praemissis, qui fuerint tanti molimini exitus Victoriae reipublicae moderatores experientia edocti tradunt:

Nullum oppidorum novo hoc iure viventium oblatam ad exstructionem publicam pecuniam

reddere pro virili parte hactenus valuit; immo nonnulla etiam nova sibi elargiunda petierunt, ne ab incoepio desistere cogarentur. Nullo in oppido arvorum aut industrium artium fructibus expensas solvere licuit, resque et cibi, quos publici acervi praebuerunt, et pessima semper et deficiente adinventa. Siquidem novae huius legis opifices, ex inanibus verbis ad operam coacti, parum et male hactenus operam suam dederunt. Diu post solis ortum expergescunt, vix hora octava laborem inire consueverunt, moris hec vel illic interpositis ad recreationem, ad quietem, ad cibum sumendum, aut ad nicotianum fumum hauriendum beate. Cum enim singulos nulla urgeat necessitas, nullus trahendae vitae stimulus concitet, ab ingrata opera refugiant oportet coacti, quam cum suscipiant nulla alacritate, nullo studio praestare necesse est. Igitur quae singuli neglexerint, consulibus providenda et cavenda; eaque cura si iam in exiguis plerumque oppidis et quae vix manipulum civium capiunt, tam ardua evaserit, quaenam futura erit cum in maximis civitatibus insolitum regimen fuerit constitutum?

\*\*

Haec somnia tamen agitant passim hodierni novae communitatii propugnatores, quorum ferme, etsi multos crediderim pulchra specie deceptos, alios contra arcte retineo deceptores populi habendos, eos praesertim, quibus hodierna Australian experientia, prout nobis, innotuerit. Huius itaque magisterio iterum eruditur satis, quantum bonorum communionem propugnandam amentia et stultitia subiciant.

P. ROSSANI.

## DE PRONUNTIATIONE ET STUDIO

LINGUAE LATINAЕ (1)

**E**LOQUI donum et scribendi inventio duo sunt a Patre luminum homini optima data, quae suis ille viribus nequaquam assequi posset, fortasse nec intueri. Vir quidam haec habet ad rem: « Aliquod profecto sublime est ac mirabile quod xxv, aut ad summum xxx sonis, tot enim sunt vocales, dentales, labiales accentus, infinita propemodum fiat series vocum, nihil commune habentium cum iis, quae significant, cum iis, quae sentimus animo, ac tamen

(1) Haec ad nos missa sunt a socio nostro V. Hertel, excerpta e libro M. ROLLIN qui inscribitur: *De la manière d'enseigner et d'étudier les belles lettres par rapport à l'esprit et au cœur* (tome premier, § VI, Amsterdam, MDCCXXXII). Qui rem in hoc commentario fusius pertractavi, ea latine summatim reddere maxime opportunum duxi.

intima nobis exprimunt, tum quae agitamus mente, tum quae corde versamus» (1).

Alterum insuper est, simile huic, reperiisse signa quaedam, quae stilo, colore exarata chartis, ligno, marmore, aere, oculis nostris absque sono loquantur, auribusque insonent, speciemque habeant, quam animus accipiat, os reddat, et volucre verbum, vel post millennia, fixum atque immutabile constituant. Interest haec inducere consideranda in animos puerorum, haec altius imponere adolescentibus, qui primas ad studia movent manus, praesertim vero quia bono hoc quotidie utimur, quotidie fruimur, neque debitas Datori Summo pro his gratias agimus.

Olim et scribendi et pronuntiandi recte modus et ratio principem grammaticae partem constituebant. Nonnulla vero, quae sublimiora sunt, iuvat servare studiis ulterius provectis, consona magis aetati atque intelligentiae firmiori. At necessarium omnino est adolescentibus cognoscere characterum naturam et relationes mutuas. Ita noscent harmoniam numerumque periodi, etymologiam quorundam verborum, modum quo antea, quo postea modo fuerint enunciata quamplurima, et obscuriora intelligere veterum nonnulla scriptorum.

Prisci illi, cum loquerentur, longarum breviumque vocalium servabant vim, atque ore reddebant integrum, quod nobis exploratum est in penultimis verborum « amabam », « circumdabam »; at profecto quod erat in compositis verbi « do, das », etiam in « dabam » et in « steti » esse debebat. Numquid ex hac incuria latini versus apud nativi leporis et gratiae plura perdunt? Idem esset puto ac si quis gallice pronuntiaret *pate*, quod de animalibus dicitur, sicut *pâtre*, quod massam exprimit ex farina et aqua confectam. M. Perrault, qui scripsit *a* verbi « cano » in illo Vergilius versu: *Arma virumque cano*, ita pronuntiandum sicut *a* quae secunda est in voce « cantabo », subiiciens ab Horatio reprehensum versum: *Fortunam Priami cantabo et nobile bellum*, iure a Despreaux arguitur de errore, quem in scholis et e scholis non bene moratis et expolitis hausit, ubi prima vocali producta bisyllabae voces pronuntiantur.

Olim Latini, scribentes loquentesque, communiter usu *i* et *e* utebantur, subdentes alium pro alio impune. Quintilianum auctorem habemus sua aetate « here » pro « heri », « sibe » et « quase » pro « sibi » et « quasi » scribi, et Tito Livio fuisse in more ita scribere. Hinc et credo duplia illa « pelvem » et « pelvim », « navem » et « navim », « igne », « igni », etc. Hinc etiam diphongus « ei » dulcior in *e* quam in *i*, hinc reicta, omnia quae Salustio placuerunt, « omneis » pro « omnes », « maximus » pro « maximus », « facienda », « agunda », et similia, prouti tulerit usus,

*Quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi.*

Quod quidem in tertio *De Oratore* fert Cicero, dum Crassus Cottam et Sulpicium simul hisce redarguit: « Quare, Cotta noster, cuius tu illa lata, Sulpici, nonnunquam imitari, ut iota litteram tollas, et *e* plenissimum dicas, non mihi oratores an-

(1) *Gram. ration.* p. 27.

*Phoenices primi, si famae creditur, ausi Mansuram rudibus vocem signare figuris.*

*LUCAN.* lib. 3.

*C'est de lui que nous vient cet art ingénieux De peindre la parole et de parler aux yeux; Et, par les traits divers de figures tracées, Donner de la couleur et du corps aux pensées.*

*BREB.*

tiquos, sed messores videris imitari ». Rusticis autem, Varrone teste, id solebat esse frequentius, qui « *vel lam* » pro « *villam* » dicenter, prouti nunc apud nostros, ubi littera *i* post se *u* habeat, aut *m*; atqui ita non « *princeps* », non « *ingens* », non « *ingenium* », non « *immitis* », sed « *princeps* », « *engens* », « *engenium* », « *emmitis* » pronuntietur. Vetus *u* adhuc Italica et Hispanica idem ac Latinis fuerat; Gallis idem ac diphongus *ou* sonat; propterea quod « *cuculus* » penes nos ita dicetur prout si « *cocouclus* » scriberetur. Nomen autem huius avis gallicum *cocou*, onomatopeicum est, quum referat cantum volucris proprium. Sonus, quem Italici et Latini tribuunt vocali huic, suavissimus est, et ego indignor quotes audio: « *dominum* » et « *dederunt* » pronuntiari per *o* plenum, quasi: « *dominom* » et « *dederont* » scriberentur. Vitium est itaque quod scholae non abraserunt, sed altius confirmarunt et quasi medullis adolescentium infixerunt.

Liquidae *l*, *r* suaviter apud Latinos, quia festine et facile enuntiabantur. *M* liquida pariter, quam Quintilianus « *mugientem literam* » appellat, obtusum edebat sonum, et plerumque etiam in soluta oratione supprimebatur, praesertim in fine vocis, si sequens verbum vocali inciperet, ut in « *die' hanc* », pro « *diem hanc* »; nec incisi potest dulcedo et gratia in versu: *Multu' ille et terris iactatus et allo*. Quapropter Quintilianus addit (lib. IX, c. 4): « *Etiamsi scribitur, tamen parum exprimitur; adeo ut paene cuiusdam novae literae sonum reddat* ».

S vero litera sibilans vel olim supprimebatur in fine: « *serenu' fuit* », « *dignu' loco* », « *senio confectu' quiescit* » (apud Ennium). Hanc et nos Galli amovemus, quasi scripta non esset: *Vous nous faites*. Romanis in medio vocis interdum et duplex placuit ubi longam sequeretur vocalem, prout in « *caussa* », « *cassus* », « *divissiones* »; idque Quintiliano testante, nam, ait, « *hoc modo et ipsum [Ciceronem]*, et Vergilius scripsisse manus eorum docet » (lib. I, c. 13).

Ad *z* quod attinet, haec sine asperitate erat, et gratiam per labra fundebat. Credo eodem sono fuisse, quo *s* in gallicis vocibus inter vocales duas collocata, ex. gr. *Muse*; huic tamen aliquid molle de litera *ð* (*delta*) copulatum erat; prout apud Döricos συρίζω, συρίζω erat (1). Nec desunt qui credant « *Mezentium*, *Medsentium* », haud autem *Mesdentium* » ore edendum. Sunt insuper quaedam leges, quibus litera iuxta conditionem collocationis in voce sonum obtineat a nota diversum. Quintilianus auctor est in verbo « *obtinuit* », scribi *b*, effari autem hanc omnes « *optinuit* » (2). Quod quidem et apud nos in usu est, qui scribimus: *grand esprit*, *grand homme*, et contra *grant esprit*, *grant homme* pronunciamus. Praefixa vocali litera, aut siquid aliud sit, *b*, aspirationem plerumque fortem iubebat; quod facile visu est, immo auditu in carminibus, quae simul et indices et sonorum indices in lingua sunt:

*Mene Ilaciis occubere campis  
Non potuisse, tuaque animam hanc effundere dextra? (3)  
.... si Pergama dextra  
Defendi possent, etiam bac defensa fuissent. (4)*

Hisce vero si validam aspirationem Dempseris, harmonicum illud nescio quid amittunt. Hoc autem defectu robustioris aspirationis praecceptores videant ne discipuli, praesertim Parisienses, imbuantur.

Utile demum censeo ut aliquid innuat de *v*

(1) QUINTIL. lib. XII, c. 10.

(2) Id. lib. I, c. 23.

(3) VERG. Aeneid. I, v. 101.

(4) VERG. Aeneid. II, v. 291.

et *j* consonantibus, quae non idem apud antiquos erant sono, ut nunc apud nos. Augustus Claudius imperator digamma aeolicum proposuerat pro *v* scribendum, ut *v* latino nudum certumque sonum vocalis *u* daret; itaque « *terminavit* » pro « *terminavit* » inductum esse. Frustra voluit naturam expellere furca.

At ex hisce quae proposui, quaeque ego a grammatica *Porto-Reale* magna ex parte deprompsi, patet nos, longe aliter ac Romani in more esset, plura pronuntiare latina, quae partim praecceptorum socordia, partim iuvenum levitate contingant. Ceterum Romanis illud erat ut optime callerent accentus, optimè pronuntiarent; namque, ait Cicero (1), « in versu quidem theatra tota proclamat, si fuit una syllaba aut brevior, aut longior. Nec vero multitudo pedes novit, nec ullos numeros tenet, nec illud, quod offendit, aut cur, aut in quo offendit, intelligit; et tamen omnium longitudinum et brevitatum in sonis, sicut acutarum graviumque vocum, iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit ».

In haec animadvertere utile erit ut adolescentes recte scribant atque pronuntient, magnum quippe dabunt animo ad numerum normamque veterum prolatae voces. Aliquid latinae animae in accentu est, nec ille in scribendo et in dicendo numerum concipere potuit, cui plurimum Cicero, ceterique scriptores aurei et argentei obsecuti sunt, qui rectam gratamque et germanam accentus expressionem neglexerint. Haec autem tradenda sunt pedetentim ab ipso limine latinarum rerum, in hac quotidie excolendi pueri, adolescentes exercendi, ita porro ut multitudo mole non opprimat, exigutas ieunios non relinquat. Ars artum docere est, cuius vitia sunt et nimis ingerere, et parum; illud quia taedium gignit, hoc quia ignorantiam. Optime praecceptor faciet, qui vitarit utramque perniciem.

H. P.

## DE LEGALITATE COEMETERIORUM CHRISTIANORUM

Q uomodo Christiani possidere potuerint et in suis coemeteriis vexationis tempore sepeliri, quaestio fuit usque ad aetatem nostram quasi aenigma, quod insolutum reliquerunt veteres rerum ecclesiasticarum scriptores. Plerique enim eorum, qui ut illam ressolverent conati sunt, ridiculas prorsus et fabulosas solutiones proposuerunt, quae tamen etiam nunc tenentur ab omnibus, et non raro a viris doctis, studio vero antiquitatis christiana satis profanis. Quorum quidem argumentorum haec summa: fideles clam in coemeteriis, i. e. in « *catacumbis* », habitasse, quasi de illis cavernis nihil omnino scirent insectatores; cavernas has propterea fuisse vetustissimas arenafodinas romanitas, prorsus relictas et ignoratas.

Haec nimurum doctrina communis circa coemeteria antiqua christiana, quae tamen, prouti enuntiatur, cumulum ingentem errorum complectitur, non modo historiae et monumentis, sed etiam rationi contradicentium.

Nam I<sup>o</sup> nec coemeteria existent arenafodinae seu arenaria ethnorum, ab his derelicta, cum fuerint immo in eorum possessionibus consulto effossa a fidelibus; dicam etiam admirabilem constitisse fructum laboris aurique christiani quatuor saeculorum; II<sup>o</sup> nec ideo fuerunt effossa ut essent habitationes fidelium; III<sup>o</sup> nec ignorarunt ethnici ipsique magistratus.

(1) *Orat.* n. 173.

Quae u  
memoriam  
norū circ

Religio  
innumeris  
exceptione  
tus perspex  
impious, sive  
rum, aliarum  
num erat, i  
tur, ut locus  
cineres cond  
ret. Inde se  
quasi funda  
giosa esse c  
Getae ex i  
giosum locu  
mortuum in  
Christianoru  
vis christiana  
assecle eort

Ex hac, c  
coemeterior  
que vendi, ne  
iisdem sepul  
tar, « quae  
que poterat  
gentem absq  
ipsa sine eon  
dere licebat;  
pulcrorum c  
Immo religio  
riora, idest «  
monumenta  
instaurari qu  
state collabor  
probatur, qu

Sed potiu  
tiqui in sepu  
controversian  
nicioissimus  
mula illa sati  
LVS ABESTO

Qui quid  
commodum  
poterat afferr  
Christi fidele  
profecto max  
conditio eos  
semper pree  
runt, et ipsi  
offendiculo e  
natione; eo  
num magna  
quamvis ad i

Et ita po  
Constantini f  
tholicae studi

(1) « Qui s  
tulerint, pro p  
in insulam dep

pud antiquos  
stus Claudius  
uerat pro v  
mque sonum  
pro « termi  
turam expel  
ego a gram  
rompsi, patet  
esest, plura  
ceptorum so  
ngant. Cete  
nt accentus,  
ero (1), « in  
si fuit una  
ro multitudo  
c illud, quod  
intelligit; et  
um in sonis,  
dicum ipsa

adolescentes  
num quippe  
ue veterum  
in accentu  
o numerum  
ro, ceterique  
unt, qui re  
expressionem  
t pedetentim  
hac quotidie  
di, ita porro  
uitas ieunios  
cuius vitia  
quia taedium  
praeceptor

H. P.

STIANORUM

erint et in  
ore sepeliri,  
quasi aeni  
s rerum ec  
eorum, qui  
s prorsus et  
amen etiam  
a viris do  
satis profa  
ec summa:  
tacumbis»,  
ino scirent  
se vetustis  
ras et igno  
ca coeme  
ti enuncia  
titur, non  
m rationi

enafodinae  
cum fue  
lto effossa  
tissime fru  
eculorum;  
habitationes  
que magi

Quae ut magis magisque clarior innescant, in memoriam revocandae sunt leges et mores Romanorum circa funebria et sepulcra.

Religio sepulcrorum ab institutis populi Romani innumeris sanctionibus facta est inviolabilis, neque exceptionem neque disparitatem personarum et cultus perspexit; itaque sive defunctus in vita pius aut impius, sive cultor deorum patriae, sive peregrinorum, aliarum nationum aut exterarum superstitionum erat, id saltem ex lege ordinaria constituebatur, ut locus in quo eius corpus inhumaretur, vel eius cineres conderentur, ex facto « religiosus » locus fieret. Inde sequitur coemeteria Christianorum, ex ipso quasi fundamento romanae legis de sepulcris, religiosa esse coram lege romana. Haec autem verba Getae ex iurisconsulto Marciano habemus: « Religiosum locum unusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum ». Coemeteria ergo Christianorum religiosa coram lege habebantur, quamvis christiana religio prorsus illicita esset, et Christi asseclae eorumque fides proscripta et damnata.

Ex hac, quam « religositatem legalem » appello, coemeteriorum Christianorum, fiebat ut sepulcra neque vendi, neque alienari possent una cum area, quae iisdem sepulcris esset adiecta, vel, ut iuridicis verbis utar, « quae monumento cederet ». Quin etiam neque poterat possessus transire ex una ad alteram gentem absque pontificum consensu, neque cadavera ipsa sine eorum iussu ex uno in alium locum condere licebat; poenisque mulctabantur violatores sepulcrorum capite plexi vel ad metalla damnati (1). Immo religio haec tanta erat, ut ipsa aedificia superiora, idest « cellae », seu « cellae memoriae », seu « monumenta », pontificibus non permittentibus, ne instaurari quidem possent si casu quadam vel vetustate collaborarentur. Quod ex ipsis inscriptionibus comprobatur, quarum unam e. g. referre iuvat:

D. M.

MARIA · AVGVRINA · SEPVL  
CRVM · PARENTVM · SVORVM  
VETVSTATE · CONRVP  
TVM · PERMISSV · PONTIFICVM  
C · V · RESTITVIT · LIBERTIS · LIB  
ERTABVSQVE · POSTERISQVE · EOR  
VM HIC · MONIMENTVS · EXTRA  
NEV · HEREDE · NON · SEQVITVR

Sed potius quam violatores, pertimescebat antiqui in sepulcris ne iuris consulti propter aliquam controversiam intervenirent; quorum adventus perniciossimus omni tempore habitus est, unde formula illa satis cognita: HVIC MONVMENTO DOLVS MA  
LVS ABESTO ET IVRISCONSULTVS.

Qui quidem pontificum interventus aliquod incommode seu impedimentum profecto Christianis poterat afferre; sed liquet illum nunquam implorasse Christi fideles ad sua coemeteria instauranda; nam profecto maxime in coemeteriis subterraneis haec conditio eos facile eximebat, quam probabilius non semper praedictis subdialibus declinare potuerunt, et ipsi fortasse tolerarunt absque conscientiae offendiculo et absque rituum idololatrarum contaminatione; eo magis quod nota istarum praescriptionum magna ex parte civilis esset, non religiosa, quamvis ad ius pontificale pertineret.

Et ita porro explicari debet lex illa Constantii, Constantini filii, christiani imperatoris, qui fidei catholicae studiosus fuit, quem pontificibus ius conce-

(1) « Qui sepulcrum violaverint, aut de sepulcro aliquo detulerint, pro personarum qualitate aut in metallum dantur, aut in insulam deportantur » (PAULI Sent. II, c. 13).

dendi veniam servavit ad instauranda sepulcra, prout in Codice Theodosiano legere est. Ergo illa « pontificum iurisdictio » parum onerabat fideles, eratque potius negative sumenda; pontifices quippe vigilare debebant ne sepulcra violarentur, neque in illis molitiones fierent: a quibus violationibus et molitionibus fideles omnino abhorrebant; itaque nos modo etiam invenimus eorum sepulcra saepe intacta et incontaminata.

Nec lex vetabat quominus in coemeteriis conderentur corpora eorum qui supplicio affecti fuissent, scilicet capitum damnatorum, qui christiana appellatione « martyres » vocabantur. Nam ex actis martyrum constat plures eos publice conditos fuissent, absque ulla cautela, immo etiam magna pompa a fidelibus in eorum coemeteriis et areis; quod legitimus e. g. sancto Cypriano contigisse, qui ductus fuit magno populo comitante « cum cereis et scolacibus, cum pompa et triumpho magno ».

Saeculo igitur tertio corpus episcopi et martyris per vias urbis, saeviente persecutione, tuto transferri potuit, immo « cum pompa et triumpho », ad sepulcrum. Ex quo subdere licet sepulturam etiam martyrum non fuisset actum illegale, sed permisum a legibus: quae revera statuebant, ut corpora suppliciatorum repetita a magistratibus, potentibus concedenda essent. Hoc legimus de principe martyrum, immo de divino martyre Iesu Christo, cuius corpus concessum fuit a Pilato Iosepho Arimatheensi. Haec sunt verba quibus in Codice Romano istae leges exprimuntur voce Pauli iurisconsulti: « Corpora animadversorum quibuslibet potentibus ad sepulturam danda sunt »; unde eruitur nullum excipi cultum, nullam personam.

Ipsi imperatores Diocletianus et Maximianus, quamquam Christianis infensissimi, edicto tamen haec constituerunt: « Obnoxios criminum digno supplicio subiectos sepulturae tradi non vetamus »; quae lex si aliquando neglecta est, et corpora denegata fidelibus, id hac una causa accidit, ne possessio reliquiarum illos, uti reapse erat, magis ad pietatis atque Christi religionem incitaret. Quin immo praecipue ex sepultura martyris cuiusdam in aliquo praedio originem suam duxisse multa coemeteria affirmare debemus; nam fideles volentes iuxta eum condi, tempore secundo coemeteria construebant: haec enim origo coemeterii Sancti Petri, Sancti Pauli, Sancti Valentini, Sanctae Felicitatis, Sancti Ermetis, Sanctae Domitillae, etc.

Ex ineditis M. ARMELLINI.

Ah! demens, homines aliquid sine focone velle  
Qui speret, vulgique animos sine focone teat!  
Caponem accedens, Lucana ad marmora, nomen  
Edidit, et casus aperit, quae tristia Parcae  
Fila dils ducant priscis, conversaque fata.

Hic hominis facies, primis lactissima verbis,  
Adventante deo, coepit tenebrescere. Sed vix  
Bacchus, qui solitus gratis dare dona precanti,  
Quae sibi causa vias fuerit, cur Tiburis arcis  
Apperat, quid posse sperare precando,  
Dura hominis facies facta est tenebrosior Orco.

At quam exsul divus longo de tramite fessus  
Gratuitum hospitium noctu, mensamque petivit  
Gratuitam, misero nam res nec stabat in asse,  
Surexit caupo, subitaque incanduit ira.  
— Mene — inquit — quisquis fuerit divumque hominumque,  
Fallere posse putas, et, quin sestertia solvas,  
Verba dare hic speras? Non hoc domus ista, nec ingens  
Hospite Tibur eget! Wade, ac te flumina possint  
Accipere ad nostros muros volventia fluctum.

Bacchus, nam esuris stomachum stimulabat, in isdem  
Haurebat precibus, memorans quam multa dedisset  
Dona meri campis, quantum, qui Tibure degunt,  
Arbuta sive colant, seu viles vitiibus addant,  
Deberent. Animo peioribus ignibus arsit;  
Ingratis etenim mos hic. Tunc obvia raptat,  
Queis importunum, vi allata, expelleret aede,  
Et sude, qua hospiti portas munire solebat  
Interius noctu, Bacchum percussit in armo.

Effugit exclamans; sequitur crudelis, et instat;  
Et nisi opem veniens hospes de calle dedisset,  
Ultimus illi locus Baccho, et nox summa fuisse.  
Namque Labicanus quidam, quem multa vocarant  
Tiburem in adversum, repelebat rura peractis,  
Lentus iter faciens, placidoque repandus asello.

Non erat huic facies, virtus neque cognita Bacchi;  
Sed rixam credens, ne fuso sanguine terram  
Quis scleraret, adest celer; et, nec opinus ulrisque,  
Incidit in medios, subitusque et dexter et acer  
Caponem ligno spoliat, dum voce profatur:

— Qui fugit in praecips, ego sum hic, absiste moveri;  
Tu, modo qui urgebas, sta, te ne dura fatigent.  
Iuppiter hospiti est vindex; hoc iura tuentur;  
Ac demum hospiti est vindex, gravior Iove, Caesar.


Post haec composuit rem verbo atque aere, reducens  
Coenatum interius Bacchum, atque argentea solvit  
Pro se, pro divo, quae caupo iussit avarus.

Persuadente deo, cesserunt nocte sub ipsa  
Inde ambo. Fertur dimissus nubibus ignis  
Nocte illa incendisse locum, nam pontis ad arcum  
Exstant reliquiae murorum, et certa ruina.  
Ergo, excedentes nota regione viarum,  
Nocte Labicanos calles atque arva petebant.

Interea divum cultor, prius ille Labici  
Incola, nam norat conans adversa Lyaei,  
Obtulit hospitium diwo: — Rus — dixit — Iacche,  
Rus breve stat nobis, quod parca colona tuerit,  
Vitibus at miseris consertum; quippe negavit  
Dona meri nobis deus, ut puto, Iuppiter. Hic tu  
Stare potes, donec Petri, quo argeris, ab Urbe  
Decidat imperium nostra; tunc ad tua tempora  
(Omen tolle meum) victor lactusque redibis.

Audit arridens Bacchus; dein ista repedit:  
— Gratus id accipo, quod sponte plissimus offers;  
Sed neque te hospitio Bacchum excepsisse pigebit,  
Nec, me qui elecitur, longum gaudere licet.  
Vos, autem, o quotquot colitis pia rura Labici,

Polliceor iurans Manes, Stygiisque paludem,  
Audite haec memores, animisque haec figite vestris:  
Quae Tiburtini modo Copia regnat in agris,  
Expressisque votris implet cellararia vino,  
In vestros colles, vestra et migrabit in arva.  
Stillabunt vestris campis mea dona, meroque  
(Vel pluat e caelo, vel currat fontibus annis,  
Germinet aut tellus), quae terris, aethere, et amne,  
Cuncta fluent, mustoque undabunt omnia late.  
Tiburis at vites exhibe mea dona relinquunt,



Theatri Olympici Vicentini prospectus. (Photographice expresserunt Fr. Alinari - Florentiae).

*Corneaque ex altis pendebit vitibus uva,  
Nec de calcata dabitur depromere vinum. —  
Haec dedit indignans; doluit tamen ista dedisse;  
Et, quia Bacchus erat, nec mens erat ulla nocendi.  
Rem verbis iussam bonus in meliora rededit.  
Quippe ex hinc uvis permanit cornea forma,  
Nec foecunda mero, sed quae, gratissima edenti,  
Undique certatim pretio quaesita, quotannis  
Tiburtes arcas argenti pondere complet.*

H. DE VECCHI PIERALICE.

#### THEATRUM OLYMPICUM VICENTINUM

**G**RAECA fabula graeco in theatro acta est Vicentiae; Sophoclis *Oedipum* Gustavus Salvini dedit, Italorum qui in scenam prodeunt tragoeodus inter maximos.

Faciem scena referimus, quam Andreas Palladius, aureo italicarum artium aeo, nomen ab Olympicis ludis mutuatus, exstruxit ea in urbe patria, quam, Remusat iuxta verba, «architecturae urbem» rediderat. Vigebat tunc Olympia Academia, cuius mandato ausus hic anno MDLXXX susceptus est. Deerat enim locus, qui tantis viris aptus esset Parnassus, praesertim postquam Sophonisba Ioannis Georgii Trissini acta fabula fuerat eo ritu, quo paulo ante Florentiae in Oricellariis hortis Rosmunda. Atqui, ut erant tunc temporis latina graecaque omnia, Palladii consilium fuit graecum theatrum erigere, quod tamen haud praescivit supremum sibi opus futurum: eum enim, iactis vix novae aedis fundamentis, mors praeter spem eripuit. Itaque Syllae Palladio, Andreae filio, translatum ab academicis munus: quo moderante, quatuor post annos perfecta res est.

Aedibus inaugurandis idem *Oedipus Rex* Sophoclis tragedia paelecta, quem ad finem Vincentius Scamozzi, Andreea discipulus, per quinque scenae portas longe fugientes Thebarum vias voluit effingere murario opere, domibus, templis, delubris insigne, quas et hodie miramus. Oedipi personam tunc Aloisius Grotto gessit, cui cognomen deinde Adriae Coecus fuit.

Anno MDCCXLVII iterum *Oedipus* coram sapientum eruditorumque comitiis in scena apparuit, Gustavo Modena atque Ernesto Rossi agentibus; deinde superiore mense, prout dictum est; tantisque

plausibus, quantos augurari sibi ipse Sophocles potuisse.

Theatrum, optima ferme inter Palladii opera, in ellipticam figuram patet: gradus, qui in caveam descendunt, bis millibus usque spectantium dant locum; inferius sternitur chori platea, cui imminet pulpitum, quod scena a tergo atque utraque ex parte praecingit; alis adiungitur hinc et inde extremus murus, qui in orbem flexus graduum summam crepidinem coronat. At scena et murus, columnis atque signis, sculptisque imaginibus miro artificio decorantur, eaque elegantissimo delineata stilo, ut non tam atticam sobrietatem, quam romanam potius redoleant magnificentiam.

In scena fronte binae superimponuntur corinthio ordine aedes fictilibus anaglyptis in vertice coronatae, quae Herculis gesta reddunt. Mediam autem super portam, quam regalem vocant, unde προτεγμένη aditus est, insigne academicorum renidet in sculptum, hypodomus, marmoreaque subiicitur inscriptio, in fundationis memoriam. Is murus autem in supremo gradu eminet corinthiis columnis et ipse ornatus atque distinctus, unde septem per intercolumnia descensus in caveam hiat: reliquum opus quindeni loculi exornant, suum quisque signum continent; vertex ad ultimum peristylio elegansissimo, signis pariter ornato, praecingitur: theatrum omne velarium latino more contegit.

Quae cum spectator inopinato percepit, facere non potest quin eadem iteret, quae Napoleon locum visitans, Bavaria regina comitante, fassus est: «Domina! Athenis sumus! »

LAEIUS.

#### DE LIBERALIUM ARTIUM FATO

IN FUTURA PUBLICA RE

**U**TI in civili reipublicae ambitu, ita et in liberalium artium curriculo factiones duas adverse pugnare unguibus et rostris hodie conspicimus: qui caritatem sectantur eamque prae libertate diligunt, et qui, contra, libertatem maxime sovent eiusque iura, caritate saepe neglecta, quovis pretio tuentur.

Sed ut hinc inde futuro tempore factiones hae convenient atque componantur amice natura ipsa rerum cogit. Etenim illae duea ex quibus suas opiniones

auribus unqua omnibus, et quiso sensu dem in negoti innumerabilam ac paenitet, quae tot

Quam cum quaque dolorib rario usque se divino privile opera aut can

Eius autem si callide facta quo magis eru praemium rep titigate Ath landibus incitan ea nostris ho cum praesert rerum augmen atque copiis p incumbere ma acuere, et men felicem quam neque agricola casae parietes quoque animu aut exhibent Saepe enim m divitias vana q nos, quibus an ciatis, vix deci sticos autem v pulcherrimos a que, tamquam refugit rerum et de urbanis s alia mente itera

Muovesi il Mostrane E l'occhi

Atqui si, ut ha negligentia ac p mutanda hodie me sane huius grare non pude guriis, quae nultate sumnum p futurum amplius Gallo, aut Gabrino, etsi viris in mea humilitate, compitissimos as ceteris mortalib tem. Abnorme ipsorum philoso audire est ab I scripsit Hostis p ex ore asserent tenui: hominem sendum, qui mai sui ipsius amoris quae fuerit unq gressu, ab omni aliena, dum Ap «Filioli, diligenter est, quod ncepta tamquam totius veritatis a

(1) Purg. XIV

auribus unquam morientur. Neque pariter datum erit omnibus, etsi omni arte maxime exulti, eadem exquisito sensu percipere quo poeta aut pictor. Siquidem in negotiosa, quae plerisque contingit, vita curis innumerabilibus distenta ac saepe oppressa vivacissimam ac paene voracem poesis esse flammam oportet, quae tot angustis suffocata non restinguatur. Quam cum quis in corde suo, anxiis negotiis iteratisque doloribus non fractus, tamquam in Vestae lario usque servaverit, is adlectus artifex, is poeta divino privilegio sacer erit et, cum hora dederit, opera aut cantu civibus sese pandet.

Eius autem si potenter lecta, si lucide disposita, si callide facta, si pulcre ornata opera erunt, tunc, quo magis erudit ac sagaces cives, eo maiore plausu praemium rependent. Neque enim, quae remota antiquitate Atheniensium summis viris e sui populi laudibus incitamenta ad maiora patranda accesserunt, ea nostris hodierno in reipublicae statu deerunt, cum praesertim quae praenunciantur popularium rerum augmenta suam diem viderint. Nam uti divitiis atque copiis praeditus vir in sui ipsius eruditionem incumbere maximis impensis valet et suum ingenium acuere, et mentem doctrina ditare; ita si dederint di felicem quam auspicam aetatem, cum nullum iam neque agricolam neque opificem fuscas inter sua casae parietes urgebit atra necessitas, tunc eius quoque animus satis pacatus, quae pulcra renident aut exhibentur tandem aliquando circumspiciet. Saepe enim miramur tantas maris, terrae caerulei divitias vana quasi atque inutili pompa esse diffusas; nos, quibus anxietate pressis, omniq[ue] malo excruciat, vix decies in anno caelum intueri datur: rusticos autem videmus, etsi indesinenter inter mundi pulcherrimos adspectus versantes, negligere plerunque, tamquam non sit, quae circum undique effusa refulget rerum pulcritudo: ita ut et de illis semper, et de urbanis saepe, illud videatur Alligherii posse alia mente iterari:

*Muovesi il cielo e intorno vi si gira  
Mostrandovi le sue bellezze eterne,  
E l'occhio vostro pure a terra mira (1).*

Atqui si, ut haec divinae pulcritudinis barbara sane negligentia ac paene ignorantia tollatur, immutanda hodierna reipublicae conditio est, me sane huius immutationis desiderio flagrare non pudet, neque tristibus moror auguriis, quae nullum in universa exulta civitate sumnum poetam aut artificem summum futurum amplius paelugeant. Amielio autem Gallo, aut Gabrieli nostro, aut Norvego Ibsenio, etsi viris ingenio paelclaris, tamen, pro mea humilitate, laetus valedicam, eorumque comptissimos asseclas, mysteriaque lectissima ceteris mortalibus impervia incuriosus salutem. Abnormem enim sententiam, ad quam ipsorum philosophia et ars plane reducitur, audire est ab Ibsenio in comoedia, quam inscripsit *Hostis popularium*, Stockmann medici ex ore asserentis: « Veritatem hanc novam tenui: hominem omnium fortissimum censendum, qui maxime solus ». Haec princeps sui ipsius amoris aptissima formula; at quaeso, quae fuerit unquam ab omni humanitatis progressu, ab omni evangelica doctrina maxime aliena, dum Apostolus nunquam fessus docet: « Filioli, diligite alterutrum »? Atqui, si verum est, quod nemo dubitat, evangelica paecepta tamquam fundamentum et fulcrum totius veritatis atque humanitatis fuisse, nihil,

ne bonis quidem artibus ex iis rerum immutationibus timendum censeo, quae e caritate, maxima sane Christi legi, in vitam hominum inducta defluxerint. Quin immo, poetam iam et artificem in dies exspecto, cui, ut Hugoni Gallo tamquam libertatis vati esse contigit, christiana caritatis paeconem esse detur. Huius si poema aliquando prodeat, nulla certe aucta humanitas, nulla quantumvis effusa eruditio, aut propagata doctrina in ultimum usque aevum famam et gloriam obruent.

I. ANTONELLI:

### ALEXANDER BOTTICELLUS

**I**MAGINEM Alexandri Filipepi (ita enim vocabatur summus ille pictor, quem Botticelli cognomento novimus) ex eius tabula deprompsimus, quae reges infantem Iesum in stabula adorantes refert, ut linealectores intuerentur illius, cuius usui mortem gerentes, plures tabulas iam dedimus. Aequales enim nostros, Anglicum praesertim studium ubique terrarum imitatos, videmus opera Alexandri, nitore quodam suo, et calliditate stili, et suavitate colorum, non raro ipsius Urbinatis tabulis paeferre. Quod nec laudamus, nec improbamus: trahit enim sua quaque voluptas.

Alexander, Florentiae natus anno MCDXXXVII, habuit primum delineandi magistrum Botticellum, a quo cognomentum usurpavit; mox autem Philippi Lippi paecepta sequutus est.

Parvae plerumque formae tenuesque imagines prima opera eius, sed lectissima pariter fuere; quae inter Georgius Vasarius tabulas memorat duas, alteram Apellis calumniam referentem, alteram Deiparam in caelum evectam.

Xystus IV pontifex eum, una cum Stephano Ghirlandaio, Rossellio, Luca Cortonensi, Bartholomeo Aretino, Romam vocavit, quibus commisit ut sacellum, quod suo nomine Xystinum dixerat, picturis condecorarent: Botticello autem rei summam tradidit, eorumque magistrum iussit appellari.

Qui tanto honore dignus Christum tentatum,

*Moysen Ietri filias contra Madianitas pastores adiuvantem, aliaque vivis coloribus insolitoque vigore ita pinxit, ut adeo eum incitaverat aemulatio pulcherrima inter eius opera ipsis aequalibus visa fuerint. Vasarius illum laudat etiam quasi primum lignarium sculptorem, ipsumque tradit usque ab anno MCDLXXIV Alligherii *Infernū*, fictis ad rem tabellis, arte sua illustrasse: Lomazzus vero artis huius auctorem Andream Mantegna docet. Quidquid autem de re fuerit, unum certum est, assiduum Alligherii lectorem Alexandrum fuisse, etsi alienum quam maxime a severo poetae ingenio: eum enim suavem, lenem, diligenterque pingentem potiusquam fortiter atque aspere semper videmus.*

A. COSTAGGINI.

### COMMUNIA VITAE

#### De salutatione.

**S**icut literarum notae et verborum sonus gentes apud omnes sunt, ita etiam salutatio; emicant enim haec omnia vel ab instinctu cordis, vel ab instinctu intellectus, vel ab utrisque simul coniunctis; at dum necessarium quoddam est homini illa proferre, libertati subicitur proferendi modus, propterea quod dum idem sentimus, diversa tamen et longe alia enunciare solemus. Itaque salutandi modos inter se si contuleris, non solum regionum, cultus, humanitatis, originis diversitatem populorum accipies, sed, quae grata apud alios in salutatione congregata fuerunt, haec veluti ingrata detestataque penitus a salutandi ritu remota penes alios fuisse.

Quaenam ergo in salutando sententia singulis? Una quidem: ut non modo urbanum, sed benevolentissimum ostenderemus in eos animum, quos salvare iubemus.

Quinam vero significandi atque ostendendi modi?... Iam in eo eram ut dicerem vetus illud: « quot capita, tot sententiae »; sed res a capite ad civitates primum, in quibus origo et fons gentis perspicitur; inde ad pagos et provincias, in quibus mores, et soli caerulei conditions plerumque insciuntur; denique ad oppida, ne ad familias dicam, contrahenda res est.

In salutatione vero tum danda tum redienda duplex emicat ordo rerum. Nam aut aliiquid signis ostendimus, aut aliiquid sermone elicimus. In iis, quae dicimus, unum praeter ceteris elucet, nempe ut valeamus, ut salvi simus, incolumes, florentes, beati, ut multos per annos ea felicitate, quae placet, utamur, ut in bonum quaeque cadant, et benevertant. At salutatio quae signis fit, quaeque proinde idem deberet ostendere - nam signum et gestus sunt quodammodo aut verbi, aut cogitationis contracta manifestatio, quae ideo vehementior est quo brevior - etsi eadem ferat, eadem tradat intelligenda, quae verbis exprimerentur faustissimis, quasi lacus, qui plures effundatur in fluvios per diversa et opposita dilabentes, ridicula modo fert quae aliis gravia; modo moventia stomachum, quae aliis delicatissima videantur; modo foeda, quae digna et politiora ab aliis existimentur.

Ecquid vero, quaeso, est illud puerulus, infantibusque paene commune, quo vel digredientem, vel intuentem, vel adeuntem carissimum et arridentem salutant porrecto brachio, correctis digitis, supina tamen manu,



(1) *Purg. XIV, 151.*

digitisque ita motis, ut porrecti, non plicati, in palam veniant, idque quo citius possint ingeminet? Id vero minime ad hortatum, ut quis accedat, converti potest; nam quem precamur, aut hortamur, aut iubemus accedere non hoc gestu, sed fere contrario invitamus; non enim extendimus brachium, sed aliquantis per contrahimus, palmam non supinamus in caelum, sed in terram; idem autem est digitis correctis motus atque plicatis. Quid est igitur hoc, ut caelo digiti manusque salutantium pateant, terram invitantium digiti manusque respiciant? In adventantem expectatum, iucundissimum, cuius desiderio perimus, occurrimus porrectis ulnis, protensis brachiis, quasi corde excepturi, quasi optantes ut pectori nostro inseratur adveniens, meditantes amplexus et oscula, quae postea miscemus. Quid est hoc salutationis genus, quo nil urbanus apud nos, nihil dulcius, quo non parentes in liberos, non avi et abavi in nepotes careant, quo amici fruantur, quo inimici deposita odia iramque testentur, quo concordia, quo foedera, fidesque firmantur, quo venerationem, obsequium vel vita functis ostendimus, quo imaginibus, simulacris, exiguis denique, si qua ex illis supersint, quid alto sentiamus animo tum absentibus, tum praesentibus, tum nobis, tum reliquis et volumus et intelligimus significatum? Quid est hoc salutationis genus, quod neque ingratum Manibus, neque Numini ipsi, Superisque, qui in gloria sempiterna sunt, credimus non invisum?

Hinc ego credo altius aliquid esse in salutationis instinctu, quod longe praetergrediat illa dogmata a nonnullis recens inducta, qui in rem scrutandam incubuerunt. Qui quidem salutationem bifariam dividentes, nempe in eam, quae attactu gaudet, et in eam, quae attactu caret, illud constituant, nos ideo salutare, ut aliiquid gratum ac deliosum odore, halitu, tactu salutatis faciamus, in salutatis excitemus.

ALOISII CLASII

## LUSUS PASTORALES

**XIII.**  
Primus ad Alconem Thyrsis: Quam dulce palato,  
Aiebat, sapienti haec tua poma meo!  
Pace tua, responsa dabant contrarius Alcon,  
Poma tui ruris sunt mibi grata magis.  
Propositumque adeo pastores ambo tenebant,  
Ut prope deficeret, lute manente, dies.  
Ergo age (concordes!) quis nostrum vera loquatur,  
Indicet Elpinus, sitque negare nefas.  
Tum prae gustatis amborum fructibus ille,  
Consilii prudens, talia verba cito,  
Et tacere, viro litem dirimente: In utrisque  
Par est dulcedo, par in utrisque sapor;  
Poma sed alterius grata hoc mage repperit alter,  
Quod mage res, nullo parta labore, placet.

### XIV.

Aegle vicinam nova solaque adiverat urbem  
Ex lare, vili alga texto et arundinibus.  
Nescio quae vidit; non nescio at inde reversam  
Aegre ad natalis rustica tecta casae.  
Ex illo cruciat sese usque et macerat intus,  
Amisas inhius dicit in urbe moras.  
Fastidit pecudas, fastidit ovilla nota,  
Et vitae inclamat fata inimica sua.  
Atqui egomet cives, caetunque urbemque perosos,  
Cerno haec interdum per loca amoena gradis,

Optime vero; at obstat nos eodem prorsus munere a salutatis rependi, nec minus dare quam ab iis accipere. Numquid qui salutat, ideo salutat quia deletari odore, tactu, halitu desiderat? Unusquisque se iudice rem facile expediet.

Relictis itaque atque amandatis iis, quae minime rationi factisque respondent, et rei causam dum quaerunt, sensus in locum animi subdunt, dignum sapiente credimus ea potius notare signa, quae et salutationis et benevolentiae manifestationem praebent.

In insulis, quae Marianna nuncupantur, maximum ostenditur obsequium, et benevolentia maxima si viri, si personae cuiusvis, ad quam salutaturi accedimus, addomen levi vellicatione confricemus. In regione Nova Guinea Koiarri populi pro salutatione habent si collo dent circa brachium, mentoque blandiantur manu. In Zambesi fluminis litoraneis ripuarisque regionibus salutem dicit amico qui apertas supinasque eius manus apertis percudit palmis. Arabes, qui Petraea e regione sunt, salutationis modum habent, si quis genas ad amici genas adiungat, nullo tamen osculo, nullo amplexu. Ainoi, qui mutua diu consuetudine et aspectu caruerunt, ubi primum obviarint, caput in humerum amici inclinant, et qui senior ex duobus capitib[us] amici inclinato manu blanditur, dein brachio, digitis denique quasi demulcens, nec tamen inter haec verbum, aut exclamatio, prout in quibusdam tribibus Canadensis. Quis ignorat apud Esquimeses magnum salutationis decus esse in demolcenda barba tum accidentis, tum propria, idemque in peragendo quoad nasum? Apud Asiaticos, praesertim qui aequum incolunt, amplexus in more est. In amplexu taciturnos ruunt Australiani, et idem apud Bourke ad Darling flumen. Biluchi vero longius rem trahunt, quippe primum vicissim humeris imponunt manus, tum plurima querere ritu, a quo nec decidere licet, quoad valetudinem, domum,

familiam, loca; quibus ubi rogatus satisficerit, eadem quaerit. Hisce absolutis, libero fas est uti inter amicos colloquio. Apud Latinas omnes gentes commune salutationis est indicium dare, iungere dextras, quo vel maiores nostri antiquitus utebantur, idque erat tum amicitiae sponsio, tum salutatio. Unde illud in VIII Vergili:

... mibi mens iuvenili ardebat amore  
Compellare virum, dextraeque adiungere dextram.

Id porro et apud Massaios, et Wanikas, et Abos in Africa media, et ad Nigrum flumen habetur. Iungunt Angli mutuo dextras, at eas pariter quatunt, quasi dolore, si quis fuerit, signum fidei ponatur. Papuasia incolae digitos uncant dextrae manus, iisque, digitos laevae manus inserentes, quasi appendunt, quod idem signum mutis commune est, si quando nuptias, concordiam, pacem foodusque percutsum voluerint indicare. Sinenses et Iaponenses, delicatissimi, simulant manuum coniunctionem, non attingunt, propriamque excutiunt. Sunt qui pro salutatione genuflectant, sunt qui unguis leviter fricent palmas, sunt qui has naso scruntur, quasi odorem quaerant, sunt qui multis vellicationibus pectora, humerosque et brachia mulcent. Sunt denique qui et oscula miscent et amplexus; apud quosdam ad genas, apud quosdam in fronte, apud quosdam ad labia, quasi in os amici spiritum effundant suum, et spiritu amici aspiratione potiantur.

Obsequium grande est manus deosculari, quod nos et viris auctoritate gravissimis, et matronis, et parentibus nostris solemus loco salutationis praebere.

Quae tamen omnia difficile dictu est, undenam emerserint; at semel in usu recepta perdurant.

P. ALEXIS.

Natura saepe ad laudem vel ignavos impellit.

LACT. lib. 3.

### XVII.

Si prius, aurati quam cornua sole calescant  
Arietis, aspirat lene tepens zephyrus,

Protinus, ut tenera est, nudis circumdare ramis

Laeta novas frondes arbor aprica solet.

Sed dominus nondum ex algentibus Apennini

Calminibus Boreas ecce repente redit.

Arbori et illum urit nascentem frondis honorem,

Quo temere ornavit se nimis ante diem.

Vere novo aprilis collem genitalibus auris,

Prataque foecundat: tunc faciem siluae

Amissam reparant, tunc omnis germinat arbos;

Solum arbor poenas illa superba luit.

Nuda manet, queque optarat prima edere germe,

Ultima vix germe, serior una, dabit.

### XVIII.

Frigidulus auris, in summo colle, venustus

Gaudet nitidas explicuisse comas

Iam flos, quum gelidis Aquilo furibundis ab oris

Impulit ac tenerum stravit humi calamum.

Unde, novo erumpens vel formosissimus anno,

Labitur inferius, qua esset aprica mora.

Hic vero exposito, dum fervet Sirius ardor,

Lethalis macies abstulit omne decus.

Ima petit tandem, qua se inter saxa refringit

Rivus: at inclemens is quoque rivus erat;

Quippe olim tumefactae undae, infregere misellum.

Hem, tenor est vitae flosculus ille meae!

Nec meliora manent annorum fata meorum:

Si aerumnam fugio, mox nova pone subit.

(Ad proximum numerum).

Latine vertit IOANNES BATTANIUS (1).

(1) Interpretationem hanc iura proprietatis tueruntur.

DE

**P**hotot  
vitae  
repertos et  
morborum le  
late in se co  
rum enim ex  
quam dicunt,  
rere fas sit.

Omnibus  
spicuam in  
fructum ma  
testatem acce  
expertem, si  
ad «bacteria  
minendum.

Quis eni  
crobia rapide

Atqui mir  
variis motibu  
li ratione  
radiantem ca  
tum refrangit  
fontes non m  
et qualitate: r  
vi praeditos,  
pictura per ca  
rantur, vel va  
donati lucis fo  
cupamus. Ha  
loris natura s  
luminum natu  
digere.

Impossible  
natus et effecti  
recens in re v

In primis a  
ex Danorum  
bos expertus  
belles. Animad  
doctorum, luci  
microbia negan  
radiorum actione  
qui continerent  
«ad arcum»  
actionem lucis  
solis sunt, fini  
parte circumso  
textus pellucide  
nem id efficer  
radii, minime  
netrentur; tun  
aut nullus effe  
in unum locu  
senius photot  
curationem, q  
industria ad te  
cui nomen «lu  
tis ac triginta  
et undecim co  
quatror except

Loret et C  
cuti, altera pe  
versos solarii  
culari crystalli  
pellem admoto  
rasse, quae m  
derent; altera  
et in ordinem

El petere hinc animo solatia. Nunc ego pastor,  
Ulpote contentus saltibus hisce meis,

Haud valeam mihi tale bonum configere mente,

Quod, praesens, oneri est; absit ubi, excruciat.

### XV.

Splendor amatae urbis perquam pulcherrimus esto,

Dicit hoc Aegle, iure; negabo nihil.

Esto bonum, toto quo non sit maius in orbe:

Id, quum me lateat, nil moror, aut cupio.

Mi, quem certe unquam non spe delusit inani

Stultus amor patriae lingua dulce solum,

Pascere lanigeras sors incundissima porro est,

Et pulchra ante alias est mea parva domus.

Iam procul a vero me nunc abduxerit error:

Forsitan et est humilius quae mea vita latet,

Urbsque superba valet plus forsitan paupere lecto;

Ex errore meo si tamen exoritur

Dulcis et alma quies, pastor nil caetera euro:

Sim falsus, vera est dulcis et alma quies.

### XVI.

Illis marginibus, qua certo limite campus

Contingit callem, fertilis arbor inest.

Infelix! hominum crebris obnoxia furtis

Nil, nisi quae frondes dilacerentur, habet.

Singula poma suae superimpedita fronti,

Mitia vix, aufert qui tenet inde viam.

Iste rapit florē, ramum secat ille comantem,

Temporaque ablatis cingitur exuvii.

Verum illas inter rupes, atque ardua saxa,

Est nulla humano qua via trita pede,

Altera quam placide secreta arbuscula degit!

Quam bene tuta loco permanet, et vegeta!

Integra cum foliis servat sua poma quotannis,

Ac, si nota minus, sorte beata sua est.

## DE "PHOTOTHERAPIA"

**P**HOTOTHERAPIA iam aliquot annos in humanae vitae usum adducta, post Roentgenios radios repertos et experimenta sumpta ad ea utendum in morborum levamen, medicae artis doctorum animum late in se convertit. Et prospere quidem; periculorum enim exitus is fuit, ut ad curationem ex luce, quam dicunt, interdum firma optati exitus spe rurere fas sit.

Omnibus plane liquet lucem coloratam vim conspicuam in plantas habere, itemque colores alios fructuum maturitatem, alios vitalem herbarum potestatem accelerare; pariterque lucem, etsi colorum expertem, singulari vi praeditam esse, quae valeat ad «bacteria» delenda, vel saltem ad eorum virus minuendum.

Quis enim ignorat solis lumine tuberculosis microbia rapide absumi?

Atqui mira lucis explicatio nos docet lucem ipsam variis motibus constare, quorum sua quisque peculiari ratione agat. Melloni italus auctor est similiter radiantem calorem elementariis radiis esse constitutum refrangibili vi inter se disparibus, ita ut calor fontes non modo contentione differant, sed et natura et qualitate: radios scilicet emittant varia refractionis vi praeditos, variam possideant thermocrosin (i.e. pictura per calorem), eodem ferme modo quo colorantur, vel varios elicunt radios varia refrangibili vi donati lucis fontes, quos rubros, flavos, virides nuncupamus. Hac igitur doctrina facile fuit quae in caloris natura sint explanare, eaque cum iis quae in luminum natura habentur ad magnam unitatem redigere.

Impossible profecto phototherapiae recentes co-natus et effectiones heic enucleare; id satis erit, quae recens in re viri docti adepti sint, attingere.

In primis autem occurrit Finsen doctoris nomen, ex Danorum gente, qui curationem hanc in morbos expertus est ceteris facultatibus rebelles. Animadversionibus enim Duclaux et Arloing doctorum, luci vehementissimae potestatem occidenti microbia negantium, eamque tantum vulgaris iubaris radiis chymicis tribuentium, Finsenius luminosorum radiorum actioni studuit, sive qui in sole sunt, sive qui continentur in lampade illa ex electride, quam «ad arcum» appellamus; idque assecutus est, ut actionem lucis actioni radiorum chymicorum, qui solis sunt, finiret, eamque in certa humani corporis parte circumscriberet. Itaque humani corporis contextus pellucidos reapere esse confirmavit, at sanguinem id efficere ut unice a foventibus, id est a rubris radiis, minime vero a radiis chymicis violaceis, penetrantur; tum enim cum integra est pellis, minimus aut nullus effectus in ea gignitur, vel chymicis radiis in unum locum coactis. Quibus ita constitutis, Finsenius phototherapiam adhibuit in eorum hominum curationem, qui variolis laborarent, ac maiore etiam industria ad tetterimum illum morbum depellendum, cui nomen «lupus»; animadvertisque ex quadringentis ac triginta duobus aegris sibi creditis tercentos et undecim convalluisse, reliquorum valetudinem, vix quatuor exceptis, in melius inclinasse.

Lortet et Genoud in Gallia, Finsenii vestigia sequuti, altera periculorum serie certiores fecerunt, diversos solaris luminis radios colore praeditos, orbiculari crystallo densatos atque per idem tempus ad pellem admotos ruborem inflammationemque generasse, quae maiora fierent, prout radii rubri accederent; altera vero, cum doctores illi eadem ratione et in ordinem ipsos radios tentassent, dissimiles effe-

ctus sese obtinuisse; inde arguere licet radiis coloratis in plurium morborum curatione variam esse actionem. Et de morbis, quos antea memoravimus, a clarissimis illis viris iterata studia iterarunt successus; duplex enim exitus, et microbiorum tubercularum caedes, et quo loco prius infirmus esset contextus, ibi novi contextus generatio, itemque visu integrum.

In Italia quoque et in ipsa Româ phototherapie vacatum est et vacatur; in Germania denique Behlow, Kazlawki manus rei admiraverunt ut nervorum infirmitatibus, cutis aut muscularum morbis mederentur; pluribus autem huiusmodi intendere licebit, cum, prout in optatis est, ars perfecta sit, qua in humanum corpus facilius ac vehementiore vi violaceos iubaris radios adhibere datum fuerit.

FORFEX.

ARABUM MORES<sup>(1)</sup>

**Q**UAM dimisi ad vos epistolam, quasi in procinctu testamentum conderem, scripsi, festinante tabulario, qui ad provinciae praefectum mittebatur Donnetii mei iussu latus arcana quaedam scripta, quae quanto nescio; si novero, certiores vos faciam. Videtis optimè quod a secretis sum veluti campanum aes in turri suspensum. At quaedam, in itinere quae acciderunt, quaeque mores ritumque gentis, et praesertim obviantis manus describunt, praeterire non possum, et iucundum vobis erit ea scire, quippe longe a moribus differunt nostris, multumque distant; quinimo siquando ex vobis quis in haec inciderit loca, habebit in hac epistola quid exspectet, quid faciendum sibi sit, quid facere prosit. Ergo redeo ad occursantem cohortem, quae ignivomarum ballistarum usu se praenunciabat nobis postremis, se praesentem fatebatur occurribus primis. Quid? Suspicer notum esse iis Donettium multa potenter; nam ex iis, quae legetis, videbitis apparatum solemnitatis omnino in illum intueri, et propter illum unice factum, quia de praecedentibus nulla penitus cura fuit, quippe ultro ad nos Arabes processerunt.

Itaque ubi proxima facta est manus, quae complebat aerem fragore ballistarum, quas dixi, stetit quasi Donnetio mihique equitantibus obsequium praestitura. Ego vero mihi et equo meo gravius aliquid temebam, quippe ne rumore territus repentina hic se devium daret praecipit, meque praecipitem in cursu funderet resupinum. Monuit bonus hospes ne quid periculi timerem ab animali assueto, hortatusque est et bono esse animo, et cuncta notare; se postea quae sermone non intellexerim dicta, gallice redditurum. Itaque narro prout ordo rerum fuit.

Undeviginti erant armati, zona sub pectore coercente acinaces, igniballistulas, gladiumque recurvum. Diversi coloribus indumentorum, praeter pileum, quod singulis album, uniforme, vel in ballistis ali ab aliis differebant. Quod autem unum, idemque in omnibus, erat truculenta facies, omnibus inscripta sceleribus a proditione ad caudem. Frons, oculi, supercilia, subfuscus oris color, hispida et ad ventrem usque promissa barba, crines ad humeros incompti, atque, uti barba, horridi, foedi, confusi, non obviantem amicis missam ad honorem et securitatem cohortem, sed grassantium et occidentium latronum turram praeferebant.

Exeperunt nos medios, circumdederunt; igniballistae

optimo totius orbis terrarum viro diu, diutius, diutissime mansuros.

Huic Donnettius respondit se grato animo esse quod vir superexcellentissimus ita iussisset, at timere ne id iamdiu iussisset, quia laevum de salute illius nuncium accepatur; tristia, tetrica audiuerat. Ceterum, propter ea quod venissent armati ut a praedonibus et a bellis tuerentur amicos et hospites, se gaudere, et offere argenti pondus, ut e durato labore levarentur potionem aliqua, quae reficeret eos ac recrearet. Haec inter crumenam porrexit argento gravem, quam, avidius quam par eset benemorato homini, caput ille latronum porrectis manibus ambabus arripuit, et in fascia illa ad pectus inseruit.

Venit inde ad me eadem, credo, facturus atque dicturus; at intercidit opportune medium in sermonem Donnettius, asserens me arabicae omnino linguae experientem; missum vero a rege Francorum (Di boni! a rege Francorum!) ut... - in his verbis crumenam alteram praedomi, sicut antea, tradebat habendam, rapiendam, plicataeque zone inserendam - ut... ut... adstaremus cadaveri superexcellentissimi Sidi-Mohammed ubi efferretur.

Praedonum ille magister vix haec audivit, ex animoso et alaci sic repente factus est humilis atque demissus, ut oculis meis vix ego fidem haberem. Tum singulus simulans, simulans lacrimas et genitus multos, et luctum gravem, iurare per omnes Deos et homines, per omne fas nefasque se tale iussum accepisse ore tenus a vivo suo domino; fortasse aut voce aut similitudine aliqua vultus fuisse deceptum; fortasse vera esse, quae de morte viri superexcellentissimi Sidi-Mohammed-ben-Abdullah, etc. etc. ferebantur; se audivisse dum pergeret ab oppido veniens haec eadem. Quidquid esset, vel esse posset, tutius potiusque omnibus esse susceptum iter prosequi, retro non ferre pedem, domum Sidi-Mohammed viri superexcellentissimi hospitalem adire, ne nox, tempestiva iam, secum trahens bellugas et praedones in viam, aliquid triste amicis heri sui viantibus compararet.

Quod nobiscum fecerat dixeratque, cum singulis qui anteibant et fecerat, et eadem iurata et periurata mendax verba protulerat, et pecuniae pondus (hoc erat rei caput et summa) a singulis receperat. Absolutis ergo hisce inanibus nugis, domui succedimus, quam petebamus, multo comitante populo ab oppidi portis ad hospitium. Heredes ipso in limine lintea alba praferentes manibus, quibus lacrimas (quas ego tamen non vidi, etsi accuratissime perspicere) exsiccarent profluente perenni vena, ad nos accesserunt et omnibus testati sunt sacramentis se ex avi morte dolore altius infixum tulisse; nunc autem aspectu nostro solatos experiri se, nullo iam angi mortore, animo ferme convalescere, quia adventu nostro Sidi-Mohammed optimus maximus (et nescio aliquid grandius) efferret magna ambitione.

Iam vos animadvertis me in hisce honoribus, faciente lepido illo Donnettio, principatum tenere; nam coram omnibus, eminus cominus, intus et foris, Gallorum regis legatus ad hoc missus praedicabar, unde magnum nomen, et fama et maiestas et superbìa non modo heredibus, sed omni populo pagi, et praesertim oppido. Et iam vespertinae horae crescebant, nitidaque scintillabant sidera in sereno illo Orientis caelo. Nos in platea coram domo stabamus, sedentes super tapetibus uti mos est, et sedentibus pueri servique potionem, queis et sitim levaremus et delectaremus palatum, pleno cornu ministrabant. Admirantibus ceteris, ego cum Donnettio gallice loquebar, ille me cuncta docebat, quae passim circa nos dicebantur.

Tum subito exoritur clamor, luctus infinitus, una voce omnes domi, omnes in platea voces levare lugubres, percutere palmis palmas, nonnulli ante portam congregari, dum inter quasi fixantium audiebatur strepitus. Assurgimus, et mihi Donnettius: — Ne credas; caeremonia mendax est. Qui domi sunt irruunt in vespillones efferentes cadaver quasi latrocinentur; qui foris sunt irruunt, ut vides, elatis pugnis, porrectis baculis, districisque gladiis in vespillones pariter, vetantque effire. Neutri credas. Heredes optant liberare domum de incom-

(1) Cfr. num. XIII.

modo foetore cadaveris; qui sunt in platea obstricti beneficis olim defuncto, atque ideo, ut mos est, hic non sponte, quasi vigiles, nocte dieque excubias agentes, ad sua desiderant remigrare negotia, quod facere, adhuc exstante domi cadavere, esset nefas, aut saltem facient indecorum. — Et res quidem iuxta Donnettii verba fuit: nemo enim ex tot furiantibus vespillones digitio, halitu attigit, et simulacrum pugnae innocentis ipso in limine cecidit. Interea funeralia passim distribuebantur, et facibus omnia lucebant, atque agmen longum instruebatur in necropolis. Flammiae vincebant late tenebras, nobis fere ultimus locus in agmine, quod honorificum est. Frequentes coecorum cohortes, at, melius, globi, agmini inserebant chely, cithara, tibiis, fidibus, fistulis, sambucus musicum lugubre edentes; ultimum cadaver in feretro portabatur sacerdotibus praeeruntibus et subsequentibus, qui semel saltem Meccae sanctuarium adiuvissent. Quos ego vespillones credideram, consanguinei erant, qui de supponendis humeris feretro decertabant; nunc autem post hosce amici subiungunt, quos inter nos, inde beneficiis adstricti, clientes et huiusmodi reliqui. Exanimum corpus linteo obvolvebatur, quo, post calidam et odoratam lotionem, domi subito post mortem involutum fuerat. Qui feretrum alias post alium subiungunt, emortuo mandata, notitias dabant alta voce, quae omnia consanguineis eorum ille redderet in regione mortuorum. Stabat interdum funebris pompa, at feretrum et sacerdotes medi procedebant, ut omnibus esset modus vel sustentandi, vel saltem tangendi feretrum, et ius haberent ad notitias suas mittendas.

Sic ad coemeterium ventum est, nepotibus sequentibus et effusis in lacrimas, inter amicorum brachia prae dolore ferme collabentibus (ne nunc quidem fidem habeat: ita rerum facies, non res erat!), et ubi ad fores aeternae domus constiterunt, ibi sacerdos dixit, pronuntiavitque de illo ponte mirabilis, quem Mahometus pro suis, super Tartareas regiones liquefacto vitro et liquido metallo ebullientes, aedificavit, per quem boni quasi pernix fulgor, non mali quasi fugientes equi, improbi quasi testudines lentae transeunt, in inferna lapsuri et arsuri, pluribus quippe in locis non patet acie novaculae latior. Heu testudines infelicissimae! Plura similia tradidit in illud veniens, quo affirmaret Sidi Mohammed-ben-Abdullah-ben-Abubekre confecisse iter illa vectus equa *El-horak* (hoc est: *fulminea*), quam propheta carissimis suis lectissimisque tantum tradit; nulli hominum enim, praeter prophetas et electos, illa conceditur. Post haec in foveam cadaver manibus dimissum est, superiectaque humus, et interea nepotes pro porta steterunt, et semilabentes, et sustentati ne laberentur uti prius, manus porrigebant adstringendas singulis e loco exequitibus. Quod ubi absolutum est, facti repente hilares et robusti nobiscum una domum remearunt, funebre cum hospitibus adituri convivium, quod nuptialis coena dici potuisset, coecis musice facientibus, sacerdotibus et amicis ad plenum se ingurgitantibus bellariis et obsoniis opipare praeparatis. Maxima noctis parte consumpta inter epulas laetosque sermones, digredimur aliqd quietis petiti in tentorio, quod homines nostri in aditu oppidi constituerant, mane summo in Bey-sciammam, praedium ingens in montanis Donnettio proprium, trium horarum itinere perventuri.

Haec ego vobis in ipso tabernaculo scribo; somnus enim, quanam de causa nescio, abiit a palpebris meis, nisi forte sit illa potionē kaffei mirifica, qua in coena, non usus modo, sed fortasse et abusus sum. Undenam iterum epistolas ad vos mittam? Num et mittere potero? Futurum in gremio Iovis, inquit Homerus. Coniectari licet, quippe secundum sapientiam est. Futurum meum, quia in capite insaniens est, nemini coniectari fas erit. Exspectate igitur donec et velim quae possum, et possim ea quae voluero. Valete.

A. VIEILLOT.

*Avaritia senilis vituperanda est maxime: potest enim quicquam esse absurdius, quam quo minus vitae restat, eo plus viatici quaerere?*

CATO.

## ANNALES

In Sinis pax - In America aemulationes innovatae - Transvaalianum bellum - Novae expeditiones in Aden.

PUBLICAM Pechini urbis vigilantiam Sinensium magistratibus iterum commissam tradunt, idque pace regnante factum, quae feliciter restituta ubique in civitate viget. Sociorum copiae, quae iam profici coeperunt, ante mensem omnino recedent, atque in Ci-li provincia vix cohortes nonnullae derelinquentur, sive ad legatorum aedes, sive ad ferrellum viarum tramites custodiendos. Pendent adhuc de vectigalibus augendis initiae negotiations, obstante praecipue Anglorum legato, cui timor vehebens est, ne iis nimium auctis, suae gentis negotia reliquum per imperium pessum dentur.

Sed Coream in peninsulam novae quotidie Iaponensium legiones appellunt, ut sua loca, quae iam occupaverunt, nordica teneant, et Russorum conatus omnes motusque ad peninsulae fines constanti intentaque mente perscrutentur. Russi invicem Mongoli terras relinqueret in dies differunt, detrectantque, neque Anglicis minis territi videntur, quibus ingratum quam maxime fuit, eorum cohortes nunquam ab occupatis finibus hactenus recessisse. Angli igitur, ut a belli usque initio, palam magis Iaponiis favent, Iaponiique Anglos officiis persequuntur; notaque digna res fuit, Gasco Imperatori, Tien-tsin ad urbem reduci, nullius copias honoris causa occurrisse, praeter suas a legione Hong-Kong, atque Iaponensium legionem.

\*

Ex Bonearensibus diariis novam bellicam nubem coalescere credendum est; scribunt enim, non obstantibus initis iam secunda fortuna pactionibus de armis non augendis Chilenos inter et Argentinos, esse tandem illis consilium novas loricas naves exstruendi, ac duo secundi ordinis navigia leviora ex chalybe. Argentini itaque, ne sese vicissim aemulisi infirmiores videant, idem augmentum pro sua classe cavendum censem: infelix sane aemulatio, quae Latinas gentes per Americae inferioris oras tam saepe dementat!

\*

Ceteras terra marique publicas res aestus fervores in pacem plerumque enervarunt, nisi forte Africæ ultimis in oris. Quamquam ibi quoque remissius aliquanto utraque ex parte bellum dicitur. Sunt et qui huiusmodi condiciones belli non tam eas esse putent, quae apparent. Tradunt enim cautum passim ab Anglicis censoribus, ut iij nuntii tantum evulgentur, qui aut leves adulterationes aut Anglicas victoriolas edoceant.

Ceterum Boeri post communicata iterum cum Krüger praeside, cuius uxorem e vita cessisse telegraphus monuit, atque inter sese consilia, post innovatas frusta cum Kitchener ipso negotiations, bellum prosequendum concordi animo omnes censuerunt. Itaque vias congressi ubique Roodeport ad loca, sive Florida ad urbem circa Iohannesburg, vehes ferreas Pietersburg versus iter facientes devias fecere; Sheppers dux, ipsa in Anglicula colonia, Maraisburg urbis multas domus igne delevit, Dewet autem Brandfort in finibus discurrunt. Angli contra Shalkbulger uxorem, qui rem Transvaalianam publicam in praesenti moderatur, capitam fecerunt inopinato adeo congressu, ut ex eorum manibus maritus ipse et Steyne praeses vix effugerint.

\*

Aden, in nordica orientali Africa, pariter fervent contra Anglos odia. Itaque horum legio mox profecta est, ut oppidum a Turcis exstructum suae in ditionis regione solo aequaret.

POPULICOLA.

## PUBLICI PER ORBEM COETUS

### LEGIBUS FERENDIS

IN Anglia de regii iureurandi formula' rogatio, ut verba expungerentur in catholicam religionem iniuria, approbata est. Approbata pariter summa expensarum pro vertente anno eroganda.

In Argentina republica Wenceslaus Escalante agrorum cultui minister summus advocatus; Marcus Avellaneda aerario gubernando adlectus.

In Belgica populi legati oblata iterum rogationem de aleatoriis dominibus Spa et Ostenda quoque in urbibus abolendis, ratam habuere. Dum autem summa expensarum pro pueris erudiendis examinatur, Damblaux, socialistarum legatus, contumeliis regium nomen lassivit: tumultus inde ortus maximus, qui vix interrupta sessione compositus est. Dies indicta ad optionem, qua cavendum esset utrum ad Congo flumen colonia derelinqua an occupanda, in decem annos prorogata.

In Dania administratorum collegium, cui De Sehested praeerat, oblata regi suam recedendi voluntatem ratam vidit. Deuntzer innovandi collegii munus commisum.

In Gallia de infortuniis laboris manuum causa contingitibus lex apud municipes innovata. Immutatio autem favet opificibus Gallis aut advenis, qui post infortunium e Gallia profecti fuerint.

In Iberia Moret ut coetui legislatorum praesit electus. De aeris alieni Iberici legibus non immutandis Urzaiz, aerarii minister, maximas sponsiones dedit.

SCRIBA.

## AENIGMATA

### I.

Syllaba praegreditur monstratque sequentia clamans. Altera habentibus est, varians, agitur geriturque. Iunge: Latina aderit dea, cuius et « omnia munus »; Certe digna erat haec vel carmine Sulmonensi.

### II.

(Permutatio vocalium)

Visere, lector amande, velis nymphasque deasque? A ridet speculo lympharum, blandus, amoenus. O patet in numeris, terraque, marique librisque. U sacer est divis, per murmura fontis aquarum.

A. E. DE DRUFFEL.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus sortitus gratis accipiet opus novissime editum, cui titulus:

PETRI ANGELINI

LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Aenigmata a. IV, n. XI proposita his respondent:

1) Grave-do 2) A-sinus.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; Fr. Xav. Reuss; Th. Vinas Sch. Piar., Roma - Ios. Crosatti, Poiano ad Veronam - Guil. Schenz, Ratisbona - Princ. Gordon, Mancunio - Valentinus ab Aletrio, Tusculo - Herm. Gini, Taurinis aquis - Ad. Skrzypkowski, Swinice - I. Szymbaitis, Opitoloki - Hild. Guepin, S. Dominico de Silos, ad Burgos - Mich. Vidal, Palma in insula Majorica - Fr. Sallarés Sch. Piar., Sabadello - W. Matloch, Maja - Car. Stegmüller, Sabaria - Iul. Sernatinger, Dresden - Ad. Huza, Grybavia - Collegium Sch. Piar. Stellae - P. Garrone, Pezzana ad Vercellas - Ign. Aguilar, Morelia - Ver. Cariolato, Vicentia - Alois. Capelli, Senis. - Joan. Battanius, Volaterra - Lud. De Rubeis, Iguvio.

Sortitus est praemium

W. MATLOCH,

ad quem missum est:

### AD LEONEM XIII

Carmen JOSEPHI DI GENNARO, graece, latine, italicice.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

## SOCIIS MONITUM

**S**OCIIS, qui ad nos litteras miserunt in commentarii bonum aliquid hortantes ne credant, quae sumus, spreta prohibent quominus hoc modo singulis satisfaciamus. Pro certo contra habeant eorum verba magni apud nos esse, nosque sedulo propositis ab ipsis rebus intendere.

Itaque qui, arrepta occasione ex scripto P. d. V. « de Paschali curru et Columba Paschatis Florentiae » cum sequenti A. Fumi scripto conlato « de Divina Spiritus representatione apud Urbevetanam civitatem », certiores fecerunt se aegre ferre plura eaque amoena et decora in operculi pagina inseri, quae, cum totius anni numeri in volumen collecti fuerint, operculo ipso ablato, amittantur, sibi persuadeant nos, re perpensa, ad ipsis morem gerendum esse proclives. Quid autem de capite, quod « Per Orbem » inscribitur, orbis terrarum eventus praecipuos recolente? Ne maioris momenti argumenta praetermittantur ipsum etiam commentarii corpori, ut ita dicam, adiiciendo, menstruum efficere in animo est. Priusquam vero mutationem hanc aggrediamur, socios omnes ad suam sententiam proferendam vocamus. Numerus plurium dijudicabit!

Vox Urbis.

## PER ORBEM

**T**ERRARUM mariumque faciem peragrasse quaquaversus, homini, novarum semper rerum curioso, satis non est: novas ideo quotidie perstruit ille machinas, ut abyssos investiget, quae sub aequore immenso latent, utque spatia ventis permitta ipse quoque tutus dimittatur. Recentissimi ad rem contendere Galli, qui una eadem die Cherbourg in portu subaqueam novam navem, Tritonis nomine distinctam, immergabant in fluctus; Sancti Claudii autem in Lutetiensi suburbio aeronavem a Dumont civi constructam certum statutumque iter pertenantem admirati sunt. Pericolo aderant iudices multi, et Rolandus Bonaparte, et Bouquet, et Cailletet, et Deutch, et Voult: praemium enim quinquaginta libellarum millium, si res bene cessisset, erat auctori decreatum. Igmar Sancti Claudii platea aeronavis ascendit, Longchamps super agros late patentes plures ivit atque rediit; deinde, ut prævia pactio iubebat, Eiffelianam versus turrim volatum, multitudine plaudente, direxit. Verum breve gaudium, fluxaque laetitia! Dum enim turrim petit, flante vehementius quam par erat vento, aliud in navis machina fractum vel exturbatum suo e loco est. Impossible inde prosequi iter, ipsumque aeronautam mala mors perdidisset, nisi ille, minime animo resolutus, dum Boulogne ad Sequanam oppido imminet, mucrone admoto globum ferisset, qui statim, emiso aere, quo erat repletus, aequo descensu in arbores cecidit. His casibus media hora et amplius absoluta res; at, cum reditus imperfectus evasisset, praemium non collatum: verum Deutch ille, qui aderat et fuerat rei patronus, de conamine amici optime auguratus, periculum iterum parat, suaque pecunia vadem expensarum se dedit.

¶

Tutiusne tamen aëreum quam maritimum iter? — Nescio plane quid sentiam, cum videam post ea quae enarravi in Germaniae litore classim paene instrui pro tuenda via, quam, ut quotannis assolet, Wilhelmus Caesar nordicum per mare aggreditur, Hohenzollern imperiale navigium auro fucatum candidoque fulgens colore, omnibus vitae leniter ferendae commodis completur. Caesare invitante itineri aderunt poetae compitissimi, peritissimique pictores, qui pulcherrima quaque occurrintia versibus aut coloribus reddant; aderit tibicinum selecta manus, qui iterfacientium aures numeris quam suavissimis mulcent. Tutelae erit Niobe bellica navis; commerciis autem communis návicularum tres subsequentur; Sleipner denique, scapha agilissima, per glacies, perque arctos

nimum sinus tute Caesarem deseret. Hoc ritu, hac custodia Norvegiae litora Wilhelmus investigabit, atque torridos hos dies per frigidum mare miti temperie deducet.

¶

Laudo plenum prudentiae consilium tibicines in navem advocandi; eos enim recens experientia marinis itineribus utilissimos docuit ad naufragos sospitandos. Num quod eorum concentibus Neptuni irae moliantur, fluctus tumentes, ut de Arione fabulati sunt poëtae, dissolvantur in quietem? Haud hoc adamussim, sed similius quaedam Araldus, americanus diarius, tradit. Gunkaw, navis voluptuaria, Neo-Eboracensi et portu viatoribus referta, voluptatis causa undas persulcantibus, erat profecta. Cum vero millesimo vir passu a litore absuisset, in scopulum repente incidit, fractaque carina hiantem per forum fluctum exceptit, ita ut brevi demergenda videretur. Viatores insano metu perculsi cucurrerunt ad pontem, ut innatantes globos et spiras ex gummi certatim diriperent. Lucta belluina fere inde orta; mulieres et pueri sese iam iam a multitudine oppressos, direptasque sibi pugnis et calcibus salubres illas spiras viderunt. Nautis vero ad tutelam surgentibus datum est tandem furorem aliquanto compescere, cum repente navis praefectus insolitum consilium amplexatur. Tibicines media in navi coadunat, dumque navem paulatim fluctus obruant, iubet quam laetissimum ludere concentum. Obstupefacti tam firmo animo naufragi ac sui metus momento temporis obliiti, in loco steterunt, ita sane ut spatium tandem esset naviculis omnibus, quae tantum discrimen a litore viderant, ad eos cito cursu accedendo sospitesque recipiendo.

¶

Ab America ad Russicum imperium: iuvat enim a Nicolao imperatore humanitatem atque gratiam in puerulos discere. Ipsi enim per viridianum Peterhoff ambulanti puerulus occurrit, custodis cuiusdam filius, atque: — Pater — dixit — mihi indigitavit te esse Caesarem. Si vera docuit, multos tu aureos habeas oportet. Visne et mihi aliquot dare? — Caesar puerilli audacia perculsus stetit, at nulla ira commotus, immo benignissime puerum adloquens sciscitus est: — At, cum dedero, quaeso, ad quid uteris? — Ille statim: — Emam Russicam historiam, quam Lomikoff scripsit. — Multum igitur tua interest historia nostra? — Ultra quam dicere possum, Caesar. Bella praesertim enarrata perlegere iucundissimum mihi est. Pater enim meus, antequam ad viridianum custodiam adductus esset, stipendia fecit, brachiumque contra Turcas pugnans amisit. Cumque adolevero et ego miles

ero, et brachium amittam; at post multa hostilia brachia praecisa.

Haec dicere non est quam laetus Caesar audiatur, qui puerum attollens ulnis amplexatus est paterno affectu, patrique accurrenti: — Ne timéas — inquit — minimi mihi puer taedio fuit; sed potius gaudio. — Cumque aliquantulum siluisse: — Puerulo huic — subdidit — educando ego provideam. — Stetitque Caesar promissus; nam postero die rescripto edito statuit, ut puer, quem provectionem aetatem assequutus fuerit, in iuvenum tironum collegio locum ex imperiali aerario sit habiturus.

¶

Valuerunt haec puero emendi bellici libri ingenua vota; contra vero Londini Ioannes Sbath heredibus multa pecunia cessit, ex Bibliae cuiusdam venditione. Ioannes enim ille e sacerdotibus anglicanis regiae domus cubiculariis senior fuerat: quinimum Victoriae reginae atque Alberti principis nuptiis benedixerat. Quae quoties laetus commemoraret facere non poterat, quin studio animi percitus lacrimas effunderet. Victoria itaque horologium gemmis multis pretiosum tunc illi volebat dono dare; at pastor donum detrectans maluit Biblam habere sacram, qua tacta fidem vicissim sibi regales sponsi sacramento dederant. Concessit precibus regina, suique ipsius effigiem libro adiecit. Mox autem multis annis plenum senem commune fatum sustulit: heredes bona eius publicavere. Ea inter Bibliae volumen auctioni propositum unius libellae tantum pretio; at auctus quam brevissime inter emptores eius possidendi stimulus, ita ut ad quinquaginta supra mille anglicarum libellarum pretium ascenderit. Subditus fidelissimo qui parvum thesaurum tanta pecunia emit nunc Angli optimates haud parum invident.

VIATOR.

## VARIA

Ioci.

Nos ab amico maladico sospitit Deus!

Nicostratus, uxore ducta, ab amicis defecerat. Cum quidam ex collegis productam nimium miraretur absentiam, de eo cum Caninio querebatur. Tum Caninus: — Ne mireris; uxorem duxit, atque ideo nobiscum versari non potest. — Cui collega: — Quodnam sponsae nomen, et quae nam gens? — Percontanti ita reddidit mordens Caninus: — Sponsae nomen est: Dos quingen tarum millium libellarum; generis cognomen non memini. — Et abiit frustulum carnis Nicostratianae dentibus quatiens.

P. d. V.

\* FIDES \*

quod musicum organum

# STRADIVARIUS

CREMONENSIMUM ARTIFEX CELEBERRIMUS

confidit nunc apud via Sistina in quo ni crederet  
dilectus p. Romae veneunt.

CONFECIT

Romae veneunt.

Negotium agitur apud Commentarii VOX URBIS administratorem, ROMAE, via Alessandrina, 87.

DUBIA ET RESPONSA SUPER EXTENSIONE  
IUBILAEI ANNI MCM ad universam Ecclesiam  
proposita in commodum confessariorum a THOMA ARIZ-  
ZOLI Missionario Apostolico Imperiali, Sacrae Poenitentiae officiali.

Dubia huiusmodi explicant facultates quas Summus Pontifex concedit in ordine ad Iubilaeum exercendas et complectuntur praecipuos casus qui in Iubilaeo proponuntur. Responsa sacrae Poenitentiae, *etiam recens data, quae opus fuit memorare*, memorantur. Accedunt Constitutio pontifica super extensione Iubilaei et, maxima ex parte, *Monita ex Constitutionibus Benedicti XIV de usu facultatum confessariis tributarum* excerpta.

Opusculum venit lib. 0.50 apud comm. Vox Urbis administratorem, Romae, via Alessandrina, 87.

Nuperrime prodiit

**LOLLIUS, sive de provecta latinitate,** PETRI ANGELINI  
paginis cix, excerptus ex Commentario *Vox Urbis*. - Venit lib. 1.50,  
apud eiusdem Commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALES-  
ANDRINA, 87.

**Ciapponi Franciscus et Soc.**

OFFICINA

ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS

PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO - DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE - Via Sistina, 129 - ROMAE

**LIBER** (vulgo "ALBUM")

praecipua Urbis referens, pulcritudine insignis atque, commentarii Vox Urbis moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

**FIGURAE URBIS ROMAE**

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

*Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.*

**URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS**

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,  
venit singillatim L. 2.50

*apud comm. VOX URBIS Administratorem.*

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

**LE LAUDI LATINE**

**IL CANTICO DEL SOLE**

DI SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur laudes latine cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa Speculi perfectionis capita, quae Cantici originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime ali subsequuntur ad parvam Bibliothecam Franciscanam comparandam, **Iulius Salvadori**, litteris tradendis doctor egregius, maxima edit cura. Romae apud commentarii Vox Urbis Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.